UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis, Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnium Sacer

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

7 Jan. 7 Idus Jan.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53527

Visual Library

S. MARIA, *quæ hodierno tuo S. An*dreæ Corſino, *natali Chriſti nocte di*xiſti, *hodiernum diem illi fore ultimum in hac vitâ. Effice, ut ita vivam, ut viverem, à te monitus, de morte brevi obeundâ!*

S. MARIA, *quæ hoc die Sanctæ Francisca*e, *viſis tribus Regibus*, JESUM *parvulum adorantibus, accenſa dixiſti*: Fac, ut intelligas amorem Dei. *Fac, Domina, fac, ut intelligam, ut amem, ut quæram, ut inveniam amorem Dei!*

7 *Jan.* 7 *Idus Jan.*

S. Raymunde, quadraginta mortuis ad vitam reductis, & cōndito B. Virginis de mercede Ordine, inclyte! in cujus, myſteria celebrantis, manu, Euchariſtiam elevante, parvulus JESUS cuidam, ad ſordes tentato, (at ſemper invito) apparuit; & illum a turpiſſimis anxiæ mentis imaginibus liberavit. Omni Sancte, in MARIAna feſta, & auro, & corde ſancto, liberalis; Angelo excitatore uſe ad preces, ut ſ r eres; pallio, ut per mare navigares. Jam es in portu æternitatis. Ora p o me, potentiſſime apud JESUM & MARIAM, Orator; ut ita JESU

&

& MARIÆ amori liberaliter impendam cor meum, & omnes vires meas; ita Angelo, me ad ſancta excitanti, paream, ut me ſuprema Angeli tuba à ſomno mortis excitet ad æternum amandum, & laudandum Deum meum. Amen.

S. Joannes Baptiſta, cujus ſynaxis feſtum hodie apud Græcos, & Reliquiarum, draconem interimentium, memoria celebratur.

S. Wittekinde Dux, qui in Euchariſtiâ JESUM ſplendidum, quorundam ora invitum, quorundam verò lætum, in Communione ſubire vidiſti.

S. Clere Diacone, pro Chriſto ſepties torte, tandem decollate.

Sancti Felix & Januari, MM.

S. Canute Rex, & M. ad aras occiſe.

S. Criſpine Epiſcope.

S. Juliane Martyr.

S Niceta Ep. barbarorum, & ferarum domitor.

S. Theodore Monache.

S. Valentine Ep. qui mortis tuæ tempora divinitùs prævidiſti.

B. Alberte Eremita, cui, ad S. Jacobum peregrino, ſæpè columba, humeris inſidens, viſa tibi eſt aliquid in aures ſuggerere; qui aquam

in